

Heinrich Schuckmann

**Programma Quod Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Schuckman/ I.
Doctor & Professor, In Festo S. Michaelis, Omnibus Academiae Civibus publice
proponit**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734816235>

Druck Freier  Zugang



RU Progr. 1645 + 1646

1) Johann Quistorp

2) " "

3) Herr. Schückmann

4) " "

5) Johann Quistorp

6) Schütze 1646 Bacchanal

7) " " resurrectio

PROGRAMMA
Quod
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HEINRICVS Schuckman/
J. Doctor & Professor,
IN FESTO
S. MICHAELIS,

*Omnibus Academia Civibus
publicè proponit*

ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1645.

FRAGMENTA

RECTOR

HANNA RIVIN'S Gedächtnis

IN FESTE

MICHAELIS

Quintus

ROTHMANN



Ltiùs progredi,quàm pro-
gressa est misericordia
DE I pro hominum salute
non potuit. Dedit DEUS
proprium ac unigenitum
filium; dedit cum filio Spi-
ritum Sanctum, & utroq;
dato, se totum mundo de-
dit. Superius quod daret, nihil habebat. Infe-
riora se in nominis sui gloriam & multa creave-
rat, & seipso communicato, omnia simul visibilia
cum invisibilibus, unius hominis necessitati ser-
vire fecit. Ministrant majestati divinæ tot myri-
ades purissimorum & ab omni labe corporeâ se-
cretorum spirituum; & hos oportet non obsta-
re angelicæ naturæ eminentiâ, pulveri pariter
ac cineri (est titulus homini mortali debitus)
ministerium præstare. Ita in ærumnosum ho-
minem, qui nihil talium meruit, ipsum cælum,
& qui cælo major est, omnes suas divitias, velut
in centrum effundit, Et quemadmodum DEUS
cum universâ cœlestium militiâ seipsum homi-

ni impertiens, non quod suum erat spectavit,
(suæ ipsius enim gloriæ exercitium, quoad ignis
consumens est, & lucem habitat imperviam, no-
stræ omnium saluti posthabuit) sic vicissim ma-
xima æquitas & summa justitia nos poscit, ut ta-
lem singuli vitam vivamus, quæ omnia referat
ad DEUM fontem bonorum omnium, & ejus
soli beneplacitum, non quod nostrum est,
quærat. Filium quem æternus Pater, antè secula
genitum, statuto tempore hominem nasci, na-
tum pro nobis & extremam inter homines mi-
seriam passum, cum per totam vitam benè omni-
bus fecisset, ignominiosè tandem mori, mortu-
um reviviscere, redivivum verò ad dextram ma-
gnificentiaæ suæ considerare voluit, eum nobis non
tantum Regem, sacerdotem, mediatorem, quem
omnes vera fide & firmâ cordis fiducia nostrum
statueremus, sed insuper quoq; Doctorem, Pro-
phetam &, quod suo quisq; seculo imitaretur,
perpetuum vitæ exemplum proposuit. Eâdem,
non aliâ ratione mittitur in corda credentium
Spiritus Sanctus, hoc est, ut non solum contritos
& sensu iræ divinæ consternatos reficiat, sed refe-
ctos etiam & fide justificatos à peccatis abstra-
hat, eosq; deinceps, ne recidivam patiantur, viam
veritatis doceat. Frustrâ proinde est, quod Re-
demptorem filium DEI, frustrâ, quod Spiritum
San-

Sanctum Paracletum sibi promittat, qui & hujus ductum sequi, & illius vitam pro vitæ exemplo agnoscere renuit. Sic frustra quoq; ab Angelis DE I præsidium, frustra tibi custodiam speraveris, qui totus naturæ & officio Angelorum contrarius vixeris, nec consideratione Angelicæ sanctitatis permotus, vitam moresq; corruptos, quos per peccatū contraxisti, opposito his seriæ pœnitentiæ ac continuæ pietatis studio emendare constitueris. Magno invicem discrimine beatissimi spiritus & homo in peccata prolapsus distant. *III* DEUM nullo tempore peccando offenderunt, nec unquam, quod sunt in bono confirmati, offendere possunt, & ipsi usq; quaq; humiles ac submissi, ad pedes creatoris sui devotâ cum reverentiâ procumbunt, ut ne tantillum honoris, quod eidem deberi noverunt, sibi ceu creaturis, quarum excellentia in subjectione consistit, tributum velint. *Hic* tametsi quotidie DEUM lædit, ejusq; justitiam vel singulis momentis, malum cogitando, dicendo, faciendo offendit; animum nihilominus tantoperè inflat & ultra vires ultraq; sortem infirmæ naturæ sæpius effert, ut cum nihil secum, quod bonum est, citrà gratiam DE I concipere, nedum ex seipso in actum ducere possit, non modò non.

referre ad DEUM, quæ à DEO profecta, autorem DEUM habent, sed sibi præterea, quæ divinitatis sunt propria, temerè arrogare aufit. *Angeli* divinæ voluntatis observantissimi, ne minimis quidem in mortalium consortio servitium negant. *Homo* ferendæ ordinationis DEI impatiens, illorum etiam, quibus optimo jure obedientiam debet, quiq; vices supremi Judicis in mundo gerunt, imperium detrectat. *Illi* prout sunt integerrimi & impollutâ naturâ, omnisq; adeò nequitix & impuritatis hostes infensissimi, cum per nullam creaturarum potentiam alicundè repelli queant, solis vitiis, injustitiâ, spurcitie, petulantia, ferociâ, luxuriâ, impietate, tanquam intolerabili fœtore abacti, tristes ab homine migrare compelluntur. *Hic* non tantum naturâ suâ in malum propendet, sed & toties verbo veritatis patet. è monitus, datâ sibi, vel si fortè non datur, ex proprio concupiscentiæ instinctu arreptâ occasione, præ virtute vitium eligit, nec, quando vel maximè potest, reductus à Spiritu Domini in viam salutis, iis tamen abstinet, ex quibus temporale juxta ac æternum exitium jam ante sibi spondisse habuit. *Angeli*, quod sunt ministratorij Spiritus, & faciem patris coelestis semper intuentur, toti urgent non suum

suum, sed Domini sui opus, & nullam interve-
nire moram, nullumq; impedimentum, quo
minus quod jussi fuerint, strenuè exequantur,
promptitudini suæ obistere faciunt. *Homo*
contra ad bonum agendum nunquam non
segnis, tantum abest, ut perpetuâ obedientiâ,
quod creatoris esse scit, creatori solvat, ut potiùs
officiis divinitùs concreditus, ex dictamine carnis
& sanguinis, non rarò, quod suum est, præponat.
Ità inter se Sanctorum Angelorum proprietates,
& homo suis viribus relictus conveniunt.
Quilibet seipsum probè excutiat, & ubi vitam
actionesq; suas, humilitati, obsequio, sanctitati,
beneficentiæ aliisq; æthereorum Spirituum
virtutibus in adversum ire viderit, fallacem
fore spem omnem, si quam reponet in isto
patrocinio, quo Angeli boni bonas duntaxat
& D E O deditas mentes contra vim, fraudes
ac technas Satanæ perpetuò defendunt, facile
intelliget; præsertim cum obsequentissimos
hos ministros sibi faventes habere nequeat, cui
ipse exercituum Dominus favere desit.

Vestrum, Cives Academici, neminem arbi-
trabimur tam desperatæ mentis esse, qui usq;
adeò pietatis affectum exuerit, & omnem salu-
tis curam abjecerit, ut D E U M amplius pro-
pitium

pitium patrem, & Angelos vitæ custodes parùm
vel nihil morari videatur. Id potius amore
DEI omnes acturos speramus, ut in hoc & futu-
ro seculo beatissimo Angelorum sodalitie
quisq; fruamini. Ità ergò hodiè & omni de-
inceps tempore vitam moresq; vestros com-
paretis oportet, ut beati Spiritus dignos vos
inveniant, quibus & ipsi in terrestri hâc mi-
litiâ fraternè præsent, & vos ipsis ludicissimo-
rum instar syderum in cætu triumphantis Ec-
clesiæ æternum convivatis *ιστάγγελοι*, P. P. Ro-
stochl, sub Sigillo Universitatis, die
S, Michaëlis Anno 1645.



te. Apostolus Paulus fidus Cl
geminat abijciamus opera ten
mur armis lucis, sicut in die h
non in commestationibus & ebr
bilibus & impudicitis, non in co
latione. sed induimini dominum
& carnis curam ne feceritis in
nobis inculcat hinc inde Spi
sacro codice. Quæro ex te
stianus dici affectas, cui nam
cujus monitis parere debeat
no & Salvatore, qui te carè
te sanctificavit, & Spiritu S
minibus, an diabolo hum
infensissimo, carni in exitiu
do concitato cursu in infern
O impietatem omni sermon
Deum vindicem justissimum
omnis generis plagas, quib
mania vastatur attraxit, quæ
tentia seria averterimus, exit
rietur. Usurpat Ecclesia hinc
riam patientis Christi, sisti
vincula conjectum, ad inju
tractum, colaphis male tra
turpatum, virgis cæsum, spi
in crucem actum, clavis conf

the scale towards document



ster in
indua
blemus,
in in cu
Samu
ristum,
similia
tus in
s Chri
ebere,
Domi
tui qui
nis ho
s hosti
mun
eranti?
Quæ
& quæ
a Ger
i pæni
um so
nemo
lum in
es per
to de
atum,
ta per
iossum